

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertatio Historico-Philologica De Locis Et Temporibus, Quæ Fideles ante legem ceremonialem Precibus destinarunt

Rostochi[i]: Typis Nicolai Schwiegerovi[i], [1720]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003414133>

Druck Freier  Zugang



phil
RU theol. 20. Nov. 1720
Wokenius, Fr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003414133/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003414133/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003414133/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003414133/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003414133/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003414133/phys_0004)

DFG

Dissertatio Historico-Phuologica *De*
**LOCIS
TEMPORIBUS,**

*Quæ
Fideles ante legem ceremonialem*

*P R E C I B U S
destinarunt.*

*Quam
FELICITANTE VOTA UNISTRINO,
&
Indulgente Ampl: Ord: Philosoph:*

*In
Inchyta Acad: Rostochiensi*

P R A E S E S

M. FRANC. WOKENIUS,

Gymn. Regii Neo-Sed. hodie Con-Rect.



Auditorio Maximo.

Anno MDCCXX. d. 20. Nov.

horis solitis,

MODESTÆ DISPUTATIONI

exhibit,

R E S P O N D E N T E

PAULO SWIETLICKI,

Osteroda-Borussio.

ROSTOCHI, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVI, Ampliss. Senat. Typogr.

1720

SPLENDISSIMO COLLEGIO SENATORIO,
ACADEMIÆ ROSTOCHIANÆ
COMPATRONO

munificentissimo,

VIRIS

MAGNIFICIS, Præ-Nobilissimis, Consultissi-
mis, Amplissimis, Prudentissimis,

DMNIS. CONSULIBUS

GRAVISSIMIS,

DOMINO SYNDICO

FULGIDISSIMO,

DMN. SENATORIBUS

SPECTATISSIMIS,

REI ET PUBLICÆ ET LITERARIÆ
PROMOTORIBUS DEXTRERIMIS,

Civitatis florentissimæ

fulcris præstantissimis,

PATRONIS AC FAUTORIBUS

nullo non honoris cultu

perpetim afficiendis,

Preces pro perpetua eorum incolumitate

ardentissimas pollicetur,

Obsequia paratissima spondet,

& simul,

In tesseram animi observantissimi,

præsentem dissertatiunculam

offert & dedicat

TANTORUM NOMINUM

Cultor perpetuus,

M. FRANC. WOKENIUS.

علي قوة الاب والابن وروح القدس.

PRÆFATIO.

Antiquos Maxicanos , iter facientes , in via quædam vel antiquata , vel minoris momenti , spargere , *Bry in America P. IX. p. 192.* annotat. Ipse vero ego in itinere constitutus , paucula de antiquorum fidelium precibus prælibare constitui , externas quoque qvasdam circa priscos precantes circumstantias consideratione dignas esse , ratus . Judæi siquidem in precibus veterum ritus tenacissime observare se putant & זטנין הלחא ביום א precati , formulam , gestus & cuncta alia , ex dictamine אנשי כנסת adhibentes , juxta R. Fagel in *Lekh Tov* ita orare tenentur , ut quilibet sibi dictum putet : לא יוסיף ולא ישנה מסטבע בברכות שטבע חכמי בברכות Gentibus pariter quoad preces antiqui ritus fuere ad palatum , e. c. lotio ante preces , quam de Priamo olim Homerus *Iliad.* refert , quod jusserit χερῶν ὑδωρ ἐπιχεινας αὐγέατε , & ita lotus demum orationi vocarit . Tantem & ipsi Christiani antiqui gentilium ritu antiquo , residendi post preces , sunt delectati . Vid: D. J. A. Fabricii *P. III Cod. Apocr.* N. T. p. 800. sqq. Tanti valet antiquitas . Quare magis adhuc miror antiquos Pomeraniae hæreticos , *Buse* Keller dictos , qui non solum ritus immutarunt , sed , cum aliis tetris βδελύγμασι , nulli dubitarunt , ipsam orationem Dominicam pervertere h. m. *Bader* use / holder *Buse* / zuvor warestu über / ist bistu unter . Vid: Anon: *Chronal. Pom. Msc. ad an: 1444.* a cuius recensione paullulum discedit , cum B. Cramero in der grossen Pommer. Kirchen=Chron: L. 2. c. 41. p. 104. B. Mi-

B. Micralius in Pomerania L. III. Sect: 2. p. 646. qui tamen subdubit, anne Hussitarum adversarii hæc confinxerint; quod vero vix probabile inter alia ob id videbitur, quia hostes hi magis nocuissent Hussitis, si hæc pessima non alii cuidam sectæ, sed ipsis Hussitis tribuissent. Sed valeant perversores! Medium tehuere beati. Nos, cum plura de antiquissimis precandi ritibus dicere, & festinatio & alia circumstan-
tia non permittant, ex illis saltim paucula decerpemus, de locis, & temporibus, quæ precibus destinarunt primi fideles, vel tribus acturi, DEum precati: **תְּכַזֵּן חֶלְמָה קְטוֹרָה לְפִנֵּךְ מְנֻחָה כְּפִי שִׁיחָה עֲרָבָה:** שִׁיחָה יְהוָה שְׁמָרָה לְפִי שְׁלָמָה

S. I. **O**MNIUM MAXIME ANTIQVISSIMI FIDELES PRECARI SOLEBANT UBI CUNQVE
IPHSIS APPARUIT DEUS. IN HUNC CENSUM ADAMUM VOCANT NONNULLI
GEN. III. 10. HOC VULT MOHAMMED IN ALCORANO SUR. 7. v. 22. p. 134.
ED: HINCKELM: ADAMUM ORANTEM INTRODUCENS: وَابْنَ آدَمَ اذْعُسْلَا وَابْنَ
رَبِّكُمْ تَعْفَنَ لَهَا وَتَسْجُدُنَ لَهَا كَوْنَ مِنَ الْخَاسِرِينَ.
Quasi dixisset;
Domine, male tractavimus animam nostram, & actum est de nobis,
nisi tu gratirose peccata remittis. Idem agnoscit Flavius Josephus Ant. J.
L. I. c. 2. p. m. 4. Ἀδαμος δὲ παρηγένετο ἦς ἀμαρτίας αὐτὸν, καὶ παρεκάλει,
Τὸν Θεὸν, μὴ χαλεπάνευσ ἀνθρώπῳ τ. λ. Pariter Jon. ben. Uziel de suo ad l. c.
addit, Adamum dixisse: וְמִצְוָה רַבְכָרְתִּי עֲבֹרוֹתִי praecepta, que
mibi dedisti, transgressus sum. Inclinat etiam huc B. Majus in Oecon: P.
T. p. 243. Quia vero alii Theologi arbitrantur, verba Adami nequa-
quam preces continere, & Adam t. t inter credentes in Christum re-
ferri non potest: mittamus hoc. Vix tamen quis dubitabit, Noachum
Gen: VI. 13. sqq. VIII. 20. sqq. IX. 1. sqq. reliquosque Patriarchas, quoties
iphsis DEUS apparuit, eo statim in loco DEUm adorasse. Expressa Gen.
XV. 2. sqq. de Abrahamo exstat. Sic idem Abr. in conspectu DEI ora-
vit Gen: XVIII. 1. sqq. Sed hoc dicens reclamantes aud o Judaeos. R. Sam.
ben Meir b. I. ita judicat: הַאֵיךְ שָׁבָא אֶלְיוֹ שָׁלַשִׁי אֲנִישׁ שָׁהוּ מֶלֶאכִים
שְׁבָחָרְבָה קְפֻוֹת כְּשָׂנָרָה מֶלֶאכִ קָרְאוּ בְּלַשׁוֹן שְׁכִינָה כְּדֶרֶךְ כִּי
שְׁמֵי בְּקָרְבֵי שְׁלוֹת כְּמוּהוּ וּכְן וּוֹרָא אֶלְיוֹ מֶלֶאכִ הַ בְּלַכְתָּא אֲשֶׁר
הַמְּרוֹחָה. Nervus dictorum est, הַסְנָה וּמְחוֹב שְׁמֵן וּוֹרָא הַ כִּי סְרִירָא
quod hic, uti alibi sape, angelus DEI nomine veniat, sicuti Exod: XXIII.
20. Et Exod. III. 2. 4. Quid vero utrobique angelus apparens fuerit an-
gelus increatus, filius DEI, Theologi orthodoxi diu demonstrarunt. Ut
ibidem

e. gr. de angelo in quo DEI nomen, id fatetur *Magnif. DD. Engelken, Patronus & Preceptor meus eternum colendus in Disp. de expulsione Princ. mundi p. 16.* Nihilo tamen secius alii quoque ex Rabbinis audacter pro creatis decernunt angelis. *Targum Jonathani* hoc est. עינוי וחטא והא הלה פלאכין ברמות גבורין קיומין. ונתקפ קורטוי רашתלו לזרוך הלה מליה ארוּ ליה אשר לפלאכא דשירושה דמשתוליה ליהיר מז מלא ח' : ח' אה לא מבשרא יהיה ראה שרה ילה בר זכר וח' אה למשובב' י'ח לוט וח' אה לא מיהריך וזה סוכת וית עטור' וג' i. e. attulit oculos suos & vidit, & en tres angelii in forma virorum stantes coram eo, qui missi ad necessitatem trium rerum, quia angelus, ad ministerium aliquod missus, non potest nisi unam rem efficere. Unus itaque venerat, ad annuncianendum ei, quod Sara paritura prolem masculam, unus iterum venerat ad liberandum Lotum, & tandem unus ad evertendam Sodomam & Gomorram. &c. Eadem fere habet *Targum Hierosolymitanum*, quidam item in *Ab: Efra b. l.* nec non *R. S. Isaae cides*, qui tamen aliis & sibi ipsi obest, cum addit: ורפהל שרפא. אה אברהס היל' משכ לחציל אה לוט. Sic enim unus Raphael ad duo negotia esset missus, ut Abrahamum e circumcisione ægrotantem (vide figmentum vel in *Polo b. l.*), sanet & simul ut eriperet Lotum. Sic refutat suorum jam dictam hypothesisin. Et e nomine יהוה aliisque circumstantiis clarum est, non solo angelos adfuisse, sed simul DEum. Hoc nobis hac vice satis est, cum nostrum hodie non sit, Theologorum componentes, ex quibus quidam e. gr. *Majus in Oeon. V. T. p. 333* tres viros dicunt S. Trinitatis personas. Tantum dicamus, nobis magis arridere sententiam alteram, qvæ dicit, unum ex illis tribus fuisse filium DEI, duos vero reliquos angelos creatos, uti statuunt, *B. Rungius in b. l.* *B. Calovius B. Ill. b. l.* *B. Varenius Decad. Mos. pag. 475. sqq.* *B. Qvenst. S. P. I. pag. 27.* *B. Rhaw. Tb. Pol. P. I. pag. 587. sqq.* *B. Pfeifferus D. V. b. l.* & orthodoxi communiter. Precautus ergo est Abraham, DEO apparente. Qvale qvid etiam *Exod. III. II. IV. 10.* de Mose legimus. Satis hujus ritus.

§. 2.

§. 2.

Precari porro solebant ad altaria, additis sacrificiis. Nolo
 quidem cum Heideggero in *רָאשִׁי אֶפְוַת* P. I. pag. 158. ex *Apoc.*
IH. 18. colligere, qvod Adam sacrificia obtulerit. Infirmum
 argumentum rem dubiam non reddit certam. De filiis vero
 Adami, Caino & Abele, magis constat, minimum de Abele, qui
 מְנֻחָה suum ex pinguedinibus, uti probabile est, accedit.
Conf. *Dn.* *M.* *Fechtii Disp.* de *Hist.* *Cain.* & *Ab.* sub magno Parente
 qvondam hab. pag. 20. Clarius adhuc est de Noacho *Gen.* *VIII.* 20.
 item de Abrahamo *Gen.* *XII.* 7. 8. *XII.* 18. & Jacobo *Gen.*
XXXV. 3. 14. *XLVI.* 1. His vero sacrificiis externas plane
 preces fuisse additas, licet totidem non extet verbis, dubitare ta-
 men non debemus, ut commode monet *Cel.* *D.* *Buddeus in Hist.*
Ecccl. *V.* *T.* *T.* 1. p. 348. Jobum quoque ante legem cere-
 monialem vixisse, *Calov.* *B.* *Ill.* in *Job.* *B.* *S.* *Schmidius in L*
Jobi *B.* *Ch.* *Chemnitius de Persona* & libro *Jobi* c. 1. *Isingius*
in Exercit. Histor. in *Pent.* p. 44. *Witsius Msc.* *S.* *T.* 1. p. 173. sqq. *D.*
Buddeus H. *E.* *V.* *T.* *T.* 1. p. 364. sqq. aliique ostenderunt, qvibus
 accessi in *Tom.* *I.* *Med.* p. 89. Huc igitur pertinet, cum c. 1. 5. fa-
 etis sacris quotidiani, precibus filios expiat. De Jethronis eti-
 am precibus & sacrificio sacra pagina nos instruit, qvem piis fide-
 libus ante legem annumerare, nullus dubito. Scinduntur quidem
 docti, an jam tum fidelis fuerit, cum Moses ejus filiam duceret
 in matrimonium. Huic affirmativa patrociniū præbent *Cel.*
Buddeus l. *cir.* pag. 493. *D.* *Joach.* *Langius in Hist. Eccles.* *V.* *F.* p. 133.
 nec adeo obscure *B.* *Brentius in commentario ad Exod.* *XVIII.* 9. sa-
 crificii rationem hanc afferens, quia sacerdos fuerit: nec non quidem
 in *Polo ad Exod.* *II.* 16. *Grotius it.* & *Calovius ad illum l.* Alii
 existimant, idololatram fuisse Jethronem, sed a Mose deinde con-
 versum. Huc inclinant nonnulli in *Polo* & *Calvio*, & *R.* *Aben*
Ezra ad Exod. *XVIII.* 12. scribens: כִּי עַתָּה לְאֱלֹהִים וְעַתָּה לְאֱלֹהִים
 יְכַל לְחִיוֹת לְהַשֵּׁם הַנֶּכֶב לְאֱלֹהִים. Vox
 לְאֱלֹהִים DEO, additur, qnia nunc DEUS benedictus incepit ejus DEUS
 esse. Quicquid vero hujus sit, tum temporis sane fidelis fuit,
 qvod vel additæ preces, ad verum JEHOVA directæ, clarissime pro-
 bant. Nec potest alicui illud dubium obrepere, quasi hoc jam
 ad

ad Leviticum cultum pertinuisse, quoniam (1) hoc ante legem ceremonialem latam factum est, & (2) alias contra DEI institutum fuisse, secundum quod nemo praeter Sacerdotes sacrificia offerre debuit. Et bene jam diu *I singius in Ex. Hist. in Peutateuch. p. 98. seq.* contra *Torniellum* ostendit, Jethronis adventum ante legem latam contigisse.

§. 3.

Patriarchas ne lectum quidem impurum judicasse, sed in eo quoque, pro re nata, aliquando precatos fuisse, bis exemplo suo comprobat Jacob. *Gen. XLVII. 31. & XLVIII. 2. seq.* De ultimo loco nullum, quod sciām, dubium ortum est, quia ipse Spiritus S. clare id docet, quod Jacob decumbens, auditio, Josephum ad se venire, resederit in lecto: וַיֵּחֶזְקֵל יִשְׂרָאֵל וַיֵּשֶׁב עַל הַמִּתְהָה *Lutherus*: und Israel machte sich stark und saßt sich im Bette. *Onkelos*: ואחרקף יִשְׂרָאֵל וַיֵּחֶזְקֵל וַיֵּשֶׁב עַל עֲרֹסָא Super lecto. Item Jonathan Ben Uziel על פרגשא: Et confirmavit se Israel & resedit: ואחרקף יִשְׂרָאֵל על פרגשא: R. J. Ben. Affer, ut solet, hic quaerit mysteria, quod aliud sit על המטה sedere in lecto, aliud נפל עַל המטה cadere in lectum, quod de impiis adhibetur. R. Sam. Ben Meir, ipsum plane sicutum Jacobi determinat hisce: היו רגלו למטה הארץ ולברך כתוב לשנינו וויצו יעקב אונתם מעם ברכיו וגס להגיד חזקון של יעקב שכל דבריו צוואתו עש' כישיב ורבלו על הארץ עד שסיט כל דבריו ואח"כ ויאפוח רגלו על המטה הכנס על המטה רגלו. i. e. fuerunt pedes ejus ea lecto in terram erecti, secundum quod in lingua nostra dicitur. *Gen. XLVIII. 12.* & abstulit Joseph eos (filios suos) a genibus ejus. Etiam cum a nuncio confirmatum Jacobo, cum rediret, omnia quae precepérat, se executum: tunc pedes ejus protensi in terram, donec finisset omnia verba sua, & postea tunc scribitur, & collegit pedes suos in lectum b. e. congregavit in lectum. Scilicet Quicquid hujus sit. Nobis sufficit, quod in lecto orationes & benedictiones fecerit. Major vero difficultas est in altero loco *Gen. XLVII. 31.* ubi Ebraeus textus habet:

וְיִשְׁתַּחַת עַל הַדָּבָר הַזֶּה כַּאֲשֶׁר צִוָּה לְךָ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל

iii

וַיִּשְׁרָאֵל עַל־רֶאשׁ הַמִּתְהָה B. Lutherus vertit: Da neigete sich Israel auf dem Bette zu Haupten: Onkelos: עֲשֵׂה יְהֹוָה יְשָׁרָאֵל עַל־רִישׁ עֲרָסָן incurvarit se Israel ad caput lecti. Ben uset eadem habet, tantum pro רְגִשָּׁת אֶרֶס Targum Hie- rosylytanum וְשָׁבַח יְשָׁרָאֵל עַל־רִישׁ דָּרוֹנָה (Deum) Israel ad caput lecti. Nec dissentiant Rabbini quoad vocem R. Sal. Ben Melech ita in b. I. מְכֻלָּל יוֹפִי in laudavis (Deum) המשחוחהلال על ראש המטה הראו בו מנתה ונקרנת כנ לפי שחארות שוכב עלייה ופושט עצמו ונעשה עלייה. i. c. inclinavit se Domino ad caput lecti in quo cubabat. Diciturque super lecto, uti mibi videtur, quia in eo se extendit, & appellatur ita, quia homo cubat super lecto & extendit membra sua & dormit. Sufficienter hoc probabit, Judæos in eo convenire, quod in lectum se reclinaverit Jacob. Sed ingens dubium occurrit nobis Christianis solvendum. Ebr. XI. 21. in eam deducit exegetas opinionem, quasi tempore Apostoli non **letus**, sed **מְפַתֵּח baculus**, existisset h. I. quia Apostolus videtur uti versione LXX. h. I. de Jacobo scribens: προσκύνησεν ἐπὶ τῷ ἄντρῳ τῆς πάθεως αὐτῷ. Qui sensus si in nostro loco foret, alias plane, quam diximus, precandi ritus adesset, in quo tamen exponendo ne quidem interpretes convenirent. Sunt enim, qui antumant **מְפַתֵּח** salsum esse, & ex allegatione Pauli restituendum. Sed hi sunt fere, qui ut latus ecclesiæ pateat, divinitatem punctorum vocalium negant. Clericus quando vertit: Inclinavit se in cervical; Apostoli allegationi non satisfacit, & famosum verbi significatum negligit. B. Varenius in Decad. b. I. p. 567. Majus in Oeconomia N. T. p. 420. Buddeus I. c. p. 338. seqq. & quos his Dn. M. Starkius in Not. in Epist. ad Ebraeos p. 88. addit, autumant, quod utrumque verum sit, quod que se reclinarit ad caput lecti adorabundus, & scipione se suffulcierit. B. Pfeifferus in dubiis Vea: utrumque quidem pariter pro vero agnoscit, sed de adoratione tantum civili, Josepho facta, exponit; quod tamen vix adeo ingens fidei documentum esset. B. S. Schmidius per πάθον intelligit pedes lecti ex virgis vel scipi- onibus factos, ut sic nil aliud dicatur, quam quod ad caput le- eti

Eti, pedes ex virgis confectos habentis, se inclinaverit Jacob. Qvod qvarvis speciosum, longius tamen petitum videtur. MAGNIF. Dn. D. DE KRAKEVITZ in *Disput.* cui Tit. *Novum Philolog. Sacra Specimen*, exhibens *Harmoniam Pauli & Mosis circa Jacobum filii Josephi benedicentem, habit: Rostoch: 1705.* elegantissime observat, Paulum non respicere ad *Gen. XLVII. 31.* sed ad *Gen. XLVIII.* descriptam Historiam, sensumque esse, qvod Jacob benedicens posteris Josephi, adoravit super caput atque fastigium tribus Josephi, five Ephraim, qui præcipua pars (uti ἀντορ accipi vult *Mattb. XXIV. 31. Marc. XIII. 27. Luc. XVI. 24.*) τε παβδε, tribus (qvia בְּתָם & παβδος posteros notant *Jud. XVIII. 19. XXI. 3. 6. Dev. I. 13. Jes. LIX. 13. XI. 1. Job. XV. 30. Ps. LXXX. 9. Dan. XI. 7.*) Josephi, cui multæ prærogativæ præ fratre sunt concessæ. Eandem fententiæ suam etiam fecit Dn. M. Starckius l.c. Et in hac *Cel. Praeceptoris* sententia hac vice etiam acqviescimus: Sufficit, qvod habeamus Jacobum in lecto precibus vacantem.

§. 4.

Locus precum maxime illustris erat & ille, in quo convenientes de DEI nomine concionabantur. Horum conventuum historiam fuse hic nectere. his angustiis nimis ampla foret materia. Confidenter tamen assererem, qvod, ex qvo tempore in varias familias Adami posteritas divisa, non solum domi qvilibet suæ cum ecclesia domestica, externum DEO (qui sine soloecismo est נָשָׁר אֶחָד, ut solide judicat *Magnif. D. D. Weidenerus Praeceptor & Patronus meus magnus, de articulis fidei qua fundamentum fiducie generalis §. 4.*) cultum exhibuerit, sed & successu temporis plures familiae in unum congregatae fuerint ad publicum cultum. Et consensu qvodam doctissimi & orthodoxi viri docent, *Gen. IV. 26.c. V. 3. 6.* ipsum tempus determinari, qvando preces etiam in publicis conventibus recitatæ, nato nempe Setho, post annum mundi circiter. 235. Sunt tamen & è contrario qvamplurimi, qui hoc negantes, נָהָר per profanavit exponunt, uti *Rasobi, Drusius teste Polo, Anton van Dalen-*

R

Dalen &c. Idem agit famosus ille Job. Bodinus, qui in *Colloq. Heptaplom: MSC.* (cujus edit; pollicetur Dn. Lyferus. gelehrtē Zeitungen 1720. p. 368.) Lib. IV. ait: quod scribitur Gen. IV. in fine, etate Sethi DEum coli cœpisse; plerosque fesellit ambiguitas verbi נָחַת, quod incipere & profanare significat. Et paulo post de profanatione accipit, quod tum temporis a DEO ad creaturas se contulerint. Vid. D. Diecmanni inaug. sub Frantkio. 1683. Chilonii habit: de Naturalismo Bodini p. 26. Sed ut pauca dicam, Imo hoc loco de pia Sethi familia sermo est, 2^{do} si illud valeret, sine dubio scriptum fuisset נָחַת אֵין חֲמֹר tunc profanatum est nomen Domini, vel tamen non adesset; quod etiam R. Aben Esra in b. l. vidit. Sunt interim viri Celeberrimi, qui terminum invocationis publicæ hic exprimi, haud concedunt, rati, h. l. dici, quod inceperint se de nomine DEI appellare, scil: filios DEI, Gen. VI. 2. Hoc vult nuperrime Dn. Starckius in *Not. select. b. l. p. 25.* advo- cans testes, Aquilam, Quistorpium, Hakspanium, Varenium (quod miror), Clericum, l' Empereur, Bertramum, Job. Mich. Langium, Hillerum, quibus addere potuisset Heideggerum in Hist. Patriarch. P. I. p. 224. seqv. & probare hoc vult ex Jes. XLIV. 5. XLIII. 7. XLVIII. I. LXV. 1. Sed non ægre feret Vir Clar: quod & hæc loca rem confecisse, haud credamus. Nam Jes. XLIII. 7. XLVIII. 1. est Niphah, ubi alia ratio est. Jes. LXV. 1. in fallor, longe convenientius cum B. Lutherò de invocationis neglegētu accipimus, quia contextus oppositio hoc requirit, quod DEUS clamet se illis adesse, qui eum tamen non invocarunt. Sic unicus remaneret locus, in quo ad huc dubium oriri posset, an prætensa significatio necessario hoc loco valeat. Contra in ipsa Genesi hæc constructio xp̄ius occurrit. Hinc non tantum Dn. D. Buddeus dubius est, sed alii quoque de invocatione & publico præconio interpretantur, e. g. Lutherus, Galovius in Bibl. illust. b. l. & in Comment. b. l. Varenius in b. l. p. 411. seqv. Rungius in b. l. p. 261. seqv. Pfeifferus in Dabiliis Vexat. in b. l. Majus in Oeconomia V. T. p. 289. D. Joachim. Langius. l. c. p. 15. Schumacherus, teste fama erudit. P. 61. p. 3. & alii. Imo fateor, me huic ma-

magis quam præcedaneæ eapositioni favere , quia in Gen: con-
stanter ita accipitur , & in plurimis locis , ubi præcedens exposi-
tio locum non habet. *Gen. XII. 8.* Abraham circa Bethel
habitans, **וַיָּקֹרֶא בְּשָׁם יְהוָה** & ibi iterum appellaretur filius DEI ?
anne potius iteratò ibi coetu solenniori invocavit DEI nomen
cultumqve DEO exhibuit? Item, an in Beersaba demum *Gen. XXI.*
33. iterum tantum ibi appellatus est **בְּשָׁם יְהוָה** DEI nomine
sive filius DEI ? anne potius & ibi restaurare est annixus cultum
DEI solenniorem ? *Quid Gen. XXVI. 25.* Isaac in Beersaba ? anne
& ille invocavit **וַיִּתְ呼ֵר** nomen DEI adorans. Hinc consta-
bit, qvod & hoc loco ita commode possit accipi. Vix tamen quis
credet, & a sacrī solennibꝫ Jacobī *Gen. XXVI. 1.* abfuisse preces.

§. 5. Preces qvoqve sine respectu ad locum
habito, inter ipsas operas , antiquos fudisse , non improbable
erit illi, qvi qvodammodo Patrum pietatem novit. Exemplum
vero perbent Israelitæ in Ægypto , variis fracti molestiis , hisqve
malis ad DEum compulsi *Exod. II. 23.* ex ipso labore, vel inter labores,
clamant ad DEum. Ita enim **מִן הָעִבּוּרָה** exponi debere , reor,
cum dicitur : **וַיַּאֲנַחְנוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מִן הָעִבּוּרָה וַיָּעַזְבּוּ וַיָּחֻלּ**
וְיָגְמִינָרְאֻנְתָּה filii Israel e la-
bore sive inter labores , & clamarunt , & vociferatio eorum ascendit ad
DEUM ex ipso labore. Si enim **מִן** hoc loco idem esset qvod propter,
facilius fuisset dictum **לְ** vel **בְּעִבּוּרָה** &c. Et qvid ? si etiam
evinceres , **מִן** hoc loco idem esse qvod propter ; attamen vix men-
te concipi posset, qvod non inter tot cruciatus s̄æpe gemitus, lacry-
mas , profuderint. *Gen. XXIV. 62.* Isaacum in agro precatum esse
hac vice , qvia nobis hujus loci tractationem differre convenit, ut
probabile supponimus. Eodem etiam capite Eliefer tum ante ur-
bem , tum in domo , ubi paronymphum agebat, calidas ad DEUM
preces mittere , nullus dubitavit ; *Qvod de ipso Mose ex Exodo*

similiter constat. Inter ipsas quoque armatorum catervas *Melchisedek* Gen. XIV. 19. 20. preces & vota fudit. Ut certum enim supponimus, quod Melchisedek non ipse filius DEI humana forma apparenſs fuerit, ut volunt *Cuneus in Repub. Ebr.* lib. III. c. 3. p. m. 369. cui *Cel. Schudtius in Comment. Ps. CX.* p. 293. seq. asseclas jungit *Cræfum, Gaillardum, Molinæum, Altingium, J. d' Outrein.* Qvibus se etiam associavit *Starkius not. in Epist. ad Ebr.* p. 47. seq. Nec nos cum *I singio l. c. p. 42.* & *Clerico in Comment. in b. l. Melchisedecum Cananæum aliquem dicimus. Placet nobis sententia Theologorum nostrorum, Melchisedekum pium aliquem fuisse ex Patriarchali Ecclesia. Conferri possunt Dn. D. Buddeus l. c. p. 263. seq. D. Langius l. c. p. 62. seq. & in *Mysterio Christi & Christianismi in fasciis typicis V. T.* p. 160. seq. Dn. M. Schudt. l. c. p. 294. seq. Dn. M. Rollius in *Tr. de Theologo nobili*, B. Pfeifferus in *dubia vex. b. l. B. Varenius in Decad. b. l. B. Rungius b. l. B. Habichorft in Tr. de Melchisedeco, Heideggerus in *Hist. Patriarch. P. II.* p. 48. seq. Precati ita alii pii, jam in montibus, ut Moses & Abraham, jam in Sylvis uñ Hagar, jam vero in aliis locis. Ut ex his dispalescat, pios Patriarchas nullam sanctitatem locorum in mente habuisse.**

§. 6.

Qvod ad tempus attinet, *Cel. Buddeus* pietati Abrahami & aliorum piorum, statas horas orandi habuisse, conveniens putat; nullum tamen tempus constituerunt, quasi magis sanctum, nullum etiam, quasi ad preces ineptum, reprobarunt. Non alligarunt preces ad horas, multo minus exauditionem DEI, qvemadmodum somniat *Cedrenus*, cujus verba exhibui in der *wohlange-wandten Seit.* p. 7. Nec cum qvibusdam, noctu portas celi clausas putarunt. Sed, omni tempore eos esse precatos, deprehendo. *Exod. XVII. 12.* Mose per totum fere diem orat. Nam vespertino tempore mandavit Iosuæ, ut se ad pugnam paret, addens מחר eras, *stabo.* Sic suffulcentibus Hu-re & Aarone oravit usqve ad occasum solis. *R. Sal. Ben. Melech* qvidem exponit in genere de die sequente: **היא חיוב** notatur dies ille, qui securus est eum, in quo tunc vivebat. *RASCHI* item exponit: **בְּתַעֲמָה** tem-

tempore belli. Sed ipsum impendens periculum , & ipse mos bel-
lantium , mututinum tempus amantium (unde & scripturæ sape
בְּכָרֵךְ e. g. *Jos. III. 1.*) probant , qvōd a matutino tempore
orare cœperit. Matutinis quoque horis Lot precatus est *Gen. XIX.*
siquidem post has demum preces , & cum ipse voti damnatus ur-
bem expetitam intrasset , additur : רַא אֶל יִצְחָק Cum
aliqvot diei horæ præteriissent , Moses precibus incumbit *Exod.*
IX. 29. collat. v. 13. Forte circa meridiem Ismael & Hagar *Gen.*
XXI. 14. seq. Eodem diei æstu pariter Abraham *Gen. XVIII. 1. seq.*
נְחוֹם הַיּוֹם qvod , recte *Jonathan Ben Uziel* exponit , in vehementia
f. æstu diei. Ita quoque alii , teste *Polo*. Forte circa meridiem Isaac be-
nedicens Esayo *Gen. XXVII. 39. seq.* Die vero inclinante Elieser
precatus est *Gen. XXIV. 13. seq.* qvia v. 11. hoc factum esse dici-
tur : עֲתַה שָׁרֵב לְעֵת צָאת הַשּׁוֹאָכָה : exeunt , ut hauriant aquam. *Illi Josephus Lib. I. Antiqv. C. XVI.*
p. 22. in rem nostram notat , eum quæsivisse , ibidem pernoctare
τῷ προσατέρῳ χωρεῖν τῆς νυκτὸς ἀντὸν αἴφαιρμένῳ . Ipse & paulo
serius , post adductionem in tecta , lotionem pedum , aliasque
intervenientes ceremonias. Circa idem fere tempus Jacob. *Gen.*
XXXII. 10. qvia in eodem loco noctem egit. v. 14. Paulo ante
occasum solis Isaac in agrum egressus *Gen. XXIV. 62.* ut preci-
bus invigilet , secundum *B. Lutheri* sententiam , qui vertit : zube-
ten. Hoc cum dico , & de tempore & de actu Isaaci quædam
afferre cogor. De temporis momento sacer textus nos dubitare
non finit , exprimens ערָב רְפֻנוֹת B. *Lutherus* : umb den Abendt.
Onkelos anteqvam adesset vespera. Targum *Jonathanis* :
כְּשַׁה עֲרֵב דְּמָשָׂא circa vesperam. Rabbi salom. Ben Melech. כְּשַׁה עֲרֵב
פּוֹנָה וּבָא cum vespera respiceret & veniret. R. *Aben-Ezra* :
קְרוּב שְׁבִיאָת הַשְׁמֶשׁ paulo anteqvam occideret sol. Sunt quidem , qui ,
teste *Polo* , רְפֻנוֹת ad Isaacum referunt , qvod exiverit , ut aspiciat
astra , vespertascente cœlo apparentia. Sed vix his accedes. Si enim
S. scriptor hoc exprimere voluisset , potius dixisset , qvod Isaac
iverit spectatum כּוֹכְבִּים vel שְׁמִינִים cœlum , vel stellas .
vel simile quid , non ex quo sensus prætentus difficilis
B. 5 longe

longe infertur. Vel tamen scriptum exstaret, qvod Isaac spectarit אל vel עבר, qvæ phrasis crebro occurrit. Jam vero phrasis nostra simillima in ea significatione, ut ortum s. initium vesperæ notet, legitur Deut. XXIII. 12. qui locus toti huic negotio lucem aliquam affundit. Ita vero se habet: ערב לפנוהה Et fiet, cum respicit s. instare incipit vespera, tunc lavabit se aqua; scil. איש אשר לא טהור סקרו לילה. Et cum sol occidit, vaniet in castra. In quo loco phrasin non plane male exponit ר' annotando, sensum esse cum sol inclinat ad occidendum. R. Ab. Esra vero hanc dat exegesin כטען כי פנה היום גם חוק הוא זה:

לרכבי חול וهمכחישים אמרו כי לפנורא כטו לפני ולז אמרו כלום ווְאֵי כי טומו כאשר יחל הערב לפנזה והנהר אחר שאמד הכתוב לפנזה ערב אמר וככזאת המשמש הנהר קורט הערב וכן לפנזה בקר קורט ורוח המשמש: i. e. Exponi debet sicut Jer. VI. 4. respicit, s. inclinat dies; Et buic exegesi suum est robur in verbis sapientum. Sed mendaces quidam dixerunt, quod idem sit, quod coram, s. ante; sed nihil solidi protulerunt. Et sunt quoque, qui dicunt, quod notet, inclinare in vesperam. Et ecce, postquam dixisset scriptura, instanti nocte, dixit demum, quod occidat sol. Ecce antededit vespera, Et ita respicere matuta antecedit ortum solis. Res in loco nostro difficultate caret, siquidem inclinatio noctis antededit, qua impurus se abluit, & tum post occasum solis, purus declaratus in caltra reddit. Robur hoc accipit ex phrasi opposita בקר לפנזה, respicente matuta, quæ notat tempus ante solis ortum post auroræ ortum, e. gr. Exod. XIX. 26. Psalm. XLVI. 6. Ergo, vi contrariorum, nostra loquendi ratio notabit tempus occasum solis proxime antecedens. Et in loco Jer. VI. 4. cognata phrasis פנה ריוֹן exponitur statim de tempore quo crescunt עלי עלי ערבי umbra vespertina. Quod igitur ibi cognatum certo notat, & h. l. notabit. Tempus sic quidem,

dem, quo Isaac exiverit לשוח, constat; sed de actis est, an precatum exiverint. D.D.J. Langius H. E. V. T. p. 76. vel anceps est, vel voci duplarem sensum tribuit, scribens: *sub vesperam, consueto fortassis more,* לשוח (Gr: ἀδολεσχήσας) ad exercitium s. recreationem corporis & animi, sive ad pie meditandum orandumque egressus. R. SAM. BEN. MEIR ita fatur: *וַצֵּתֶר יְצָהּ לְשׁוֹחַ* כשרה כרכוב וככ שיח השורה: קלמר לטעה אילנות ולראות עני פועלן ואז כהוותה בשדה ראה. גמלים וגו'. Sensus est, quod notet latere inter frutices s. arbores, cum שיח השורה Gen. II. 5. notet frutices terræ, quodque sic observare voluerit, quid agant laboratores in agro, et ita agendo viderit camelos venientes. Idem fere R. A. Esra, de arboribus *לְלַכָּה בֵּין הַשִּׁיחִים ut abambulet inter frutices.* In מכל וופי h. l. recensita sententia de precibus, additur: *וַיָּאָלֶת בְּשָׂרָה כִּין* ח ש |יח החר מעדן מהייחי. quod quidam exponant, quod ambularit inter frutices, uti Gen. XIX. 15. dicitur, sub unam ex arboribus. B. Pol. Lyferus in Isaaco p. 261. ait: *vel solus ad orandum, vel aliis comitatus, ad confabulandum.* Nec plane abit Heideggerus l. c. P. II. Ex. XI. §. XI. p. 331. sqq. Alii huic voci significatum cogitandi s. meditandi tribuunt: è quorum partibus est D. D. Buddeus H. E. V. T. Tom. I. p. 384. sqq. qui tamen colligit, adfuisse preces, quia probabile, eum de rebus divinis cogitasse. Quoniam itaque reliqua vel paullulum a vocis proprietate recedunt, vel loco huic vix convenient, & deambulatio satis indigitata fuisset, sine mentione arbustorum, cum calor diei jam decreverit: expositio etiam nobis illa placet, quam dicit, Isaacum ad preces exivisse. Precum significatu vox טה venit Pf. CII. I. ubi dictum

dictum est, quod homo pauper s. miser coram DEO effundat preces suas. Exponunt mecum B. Lutherus B. Rungius Comm. b. l. nec non Grotius c. l. Targum similiter utrumque. Onkelos quidem vertit: וְנִפְקַד יִצְחָק לְצַלָּה בְּחַקְלָה exivit Isaac, ad precandum in agro. Jonathan vero: וְנִפְקַד יִצְחָק בְּאֶנְפי כֹּרֶת exivit Isaac precatum foras. Isaäcides h. m. interpretatur: לְפָחוֹת הַפֵּלה בְּמִזְבֵּחַ significant preces, uti dicitur (Ps. CII. 1.) effundet preces suas. R. quoque S. b. Meleob. עֲנָנוּ רַבּוֹת הַפֵּלה Vox hæc significant preces. Gentes ne quidem nocturnum tempus penitus ad preces ineptum judicasse, Homerus Odyss. 2. prodit, referens, quod Ulysses in itinere pro felici reditu adoraverit noctu Minervam. Ut itaque Cicero pro Cœlentio preces Sassiæ nocturnas non reprehendat adeo ob tempus illegitimū, sed ob malitiam animi ejus: Quia etiam, ait, nocturna sacrificia, quæputat occultiora esse, sceleratasque ejus preces cognovimus. Nocturno tempore precatus est Abraham Gen. XV. 5. ubi DEus eum foras eduxit, ut stellas numerat. Licet R. Jude subscribere non audeam, quod in nocte Paschali id sit factum. Noctu pariter oravit Jacob Gen. XXXII 24. sqq. cum filio DEI (conf. Calv. Bibl. Illustr. b. l. coll. Hof. XI. 4.) luëtatus, & quidem sub auroræ ortu. Temporis circumstantia clara est, quia v. 53. noctu suos dimisit & v. 57. aurora oriri dicitur.

Sufficient hæc quoad tempora & loca precantium ante legem ceremonialem, magna festinatione annotasse. Reliquos harum precum ritus minus hac vice addamus, tempus haud permittit. Sit interim

SOLI DEO GLORIA.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn1003414133/phys_0022](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003414133/phys_0022)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003414133/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003414133/phys_0023)

DFG

PRECANTIUM.


dem, quo Isaac exiverit **לְשׁוֹת**, collis est, an precatum exiverint. D.D.J. p. 76. vel anceps est, vel voci duplice scribens: *sub vesperam, consuetō forū* (Gr. ἀδολεσχόσα) ad exercitium s. recitandi, sive ad pie meditandum oranda SAM. BEN. MEIR ita fatur:

שִׁיחַ הַשְׂרָה: כָּלֹמֶר לְטֻהָה
נֵי פּוּעָלִין וְאוֹ כְּרוּחוֹ בְּשָׁדָה רַאֲתָה

Sensus est, quod notes s. arbores, cum **שִׁיחַ הַשְׂרָה** Gees terræ, quodque sic observare volunt laboratores in agro, et ita agendo vienentes. Idem fere R. A. Esra, de arboribus ut abambulet inter frutices. In **וּופִי** sententia de precibus, additur:

כִּינָס מענין רחת אחר השיווֹת exponant, quod ambularit inter frutices dicitur, sub unam ex arboribus.

Isaaco p. 261. ait: *vel solus ad orandum, ad confabulandum.* Nec plane abit H. Ex. XI. S. XI. p. 331. sqq. Alii huic voci figidi s. meditandi tribuunt: e quorundam Buddeus H. E. V. T. Tom. I. p. 384. sqq. adfuisse preces, quia probabile, eu cogitasse. Quoniam itaque reliqua vicis proprietate recedunt, vel loco humi & deambulatio satis indigitata fuisse bustorum, cum calor diei jam decreviam nobis illa placet, quæ dicit, Isaac visse. Precum significatu vox **שִׁיחַ**



the scale towards document

0.21

Serial No.

TE263

Patch Reference number on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart

Universitätsbibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de

/rosdok/ppn1003414133/phys_0025

DFG